

De Aeschyli Supplicibus.

Quod ex Aeschyli Supplicibus partem tantum sumpserim explicandam, neminem fore spero, qui me reprehendat, simulatque intellexerit, parvum tantum paginarum numerum, praesertim quum hoc anno ad celebranda Gymnasii nostri saecularia programma maioris voluminis iam editum sit, mihi concessum esse. Sed priusquam ad rem propositam proprius accederem, pauca *de tragoediae graecae origine, de gravissimis Aeschyli in tragoediam meritis et de totius huius fabulae argumento et consilio praemonere non alienum mihi visum est.* Quae quidem ita comparata esse, ut rem non tam omnibus suis numeris absolvant, quam tantum gravissima quaeque leviter attingant et perstringant, non mirabitur, qui considerat, haec non eo consilio scripta esse, ut novas et ignotas sententias prolatus esse videret, sed ut quae sequitur interpretatio melius intelligatur, *iuvenesque omnino in tragoediarum legendarum studio adiuventur atque confirmentur.*

II.

Constat a multis viris doctis, primum a Bentleio tragoediam, ceteris initii neglectis, Atheniensibus vindicatam esse; sed originem proximam in dramatis invenimus, quae iam τραγῳδίαι et ζωμῳδίαι appellabantur, quamquam sine histrione agebantur. cf. Herod. V. 64. 83.; histrione adiuncto haec dramatica tragoediae forma orta et primum Athenis a Thespide excogitata est. cf. W. Schneider. de origg. trag. gr. pag. 64. sqq. et Iacob. in quaest. Soph. Drama cultui deorum coniunctum, ex eodem prodibat; namque deorum dies festi apud Graecos, ut apud omnes populos veteres, cantibus et saltationibus celebrabantur, et praecipue ii dies, quibus ad celebrandum Bacchum undique conveniebant, circa aram dei saltantes et ad tibiae citharaeque modos carminibus laudem eius canentes. Eiusmodi argumenta ex Bacchicis fabulis deprompta, Thespis primus tractavit; quae cum populo magnam oblectationem praebarent, certatim magis excolabantur et quia hircus — τράγος — praemium victori exponebatur, tragoediae nominabantur. cf. Horat. art. poet. V. 275:

Ignotum tragicae genus invenisse Camenae
Dicitur, et plaustris vexisse poemata Thespis,
Qui canerent agerentque peruncti faecibus ora.

A tam exiguis initii profecta tragica ars tanta mox incrementa cepit, ut haud ita multo post a principibus tragicae poesis, Aeschylo, Sophocle, Euripide ad summum fere perfectionis gradum perducta sit. Plerumque ad naturam tragoediae antiquae pugnam libertatis cum necessitate a fato destinata necesse esse contenditur; sed affirmari non potest, necessitatem semper a fato destinari, quum haud raro sit alia vis humana alteri opposita. In Soph. Antigona, ut exemplo utar, est in Creonte vis humana altera, altera in Antigona ipsa, et fatum si appareat, hoc non agens et praevalens cogitandum est, sed tantum maior quaedam vis, qua omnia humana intereunt. Credi etiam potest, libertatem absolutam contra necessitatem pugnare: attamen persona moralis non potest esse tragica; vitia enim personae tragicae adhaerere debent, quibus intereant, quum ipsa fati iustitia flagitante persona moralis ex ipso interitu servata prodire debeat. cf. Arist. Poet. Ad interitum hominis libere agentis tragoedia omnino non spectat, sed quae moralia sunt in actionibus hominum e gravi pugna illustrata et reconciliata procedunt. Orestes culpa liberatur, Prometheus vinculis solvitur, Oedipus diis reconciliatur. Victoria boni igitur summus finis tragoediae est; fatum in tragoedia antiqua nunquam ad seclera impellit, sed vi humana ad bonum rectumque perficiendum utitur.

Forma tragoediae accuratissime descripta erat. Drama constabat e prologo, ex episodiis et exodo; spatium inter singulas tragoediae partes interiectum chori cantica, cantica tristia et cantus a singulis histrionibus a scena prolati, explebant. Chorus vel feminis constabat vel viris, qui spectatores quasi vel potius testes actionis erant, et carminibus lyricis actione ipsa evocatis, intervalla explebant. Quum in scenam prodiret, in duas partes discessit, quarum utraque ἡμιχόρων, ambae διχογλα, alternique cantus ἀντιχογλα appellabantur; universo choro praeerat ζῳγράτος, qui chorum duceret et cantus praeiret. Numerus chori usque ad Aeschylī tempora quinquaginta personas complexus esse fertur; Aeschylus autem rededit chori numerum ad quindecim personas. Aristoteles Poet. C. IV, 16. dicit, Aeschylum numerum histrionum ab uno ad duos adduxisse et τὰ τοῦ χοροῦ minuisse; sed sensus huius loci eo spectat, quod Aeschylus actionem choro adiunxit; nam ante Aeschylum actio ipsa in tragoedia res secundaria erat. cf. Boeckh, graec. trag. princ., et Hermann. de Choro Eumenid. Dissert. I. Aeschylus quoque veterem morem, primo deum laudibus extollere, tum excellentium virorum virtutes celebrare, in choris quibusdam servavit, eosque non solum in dei alicuius, praeципue Iovis honorem composuit, sed etiam narrationes, ex quibus laudes illae petantur, immiscuit. Chorus, quem nonnulli omnino vituperant tamquam superfluum et molestum et parum decens et aptum, quum omnia coram magna adstantium turba agerentur, tragoediae aptissimus et maxime accommodatus erat, quia et antiquior dramate et tamquam fons eius atque origo erat; et quum tragoedia heroes et principes ostenderet, in choro principibus aptissimi malorum et factorum spectatores additi erant, quibus poeta iudicium dirigere posset. Chorus, qui praecepta sapientiae edicit, profunda animi aperit, amice monet atque hortatur, de omnibus rebus gravioribus sapientissime iudicat, et quae ex singulis hominum actionibus utilia sint universae vitae commendat, est quasi medium tragoediae, vim affectuum in animis et agentium et spectantium temperans, ita ut affirmari possit, tragoediam maxime valere ad moderandas hominum libidines; idem tamen neque testis et spectator est actionis otiosus et latus, neque res profert a fabulae arguento alienas, sed considerando simul et religiose commonendo efficit, ut tragoedia ipsa speciem quandam religionis

prae se ferat. Quod quidem in Aeschyli Suppl. satis appareat, in quibus imprimis regis Argivorum est supplices recipere, primum quidem paullisper cunctantis, monitu tamen chori Iovis hospitalis religione et consanguinearum precibus permovetur; cf. V. 481 sqq., et eadem religio deorum efficit, ut rex cives suos ad supplices recipiendas hortetur. Optime inter antiquos Aristoteles Poet. c. 12, de choro dicit *καὶ τὸν χορὸν δὲ ἔτει δεῖ ὑπολαβεῖν τὸν ὑποχριτῶν*, *καὶ μόνιμον εἶναι τοῦ ὅλου, καὶ συναγούσεσθαι, μὴ ὥσπερ παρ’ Ἐνοπλίδη ἀλλ’ ὥσπερ παρὰ Σοφοκλεῖ*, chorum esse necessariam partem totius tragoeiae, et arctissime cum actione ipsa fuisse coniunctum. Horatius munera chori accuratius etiam deseribit in art. poet. V. 193. sqq.:

Actoris partes chorus officiumque virile
Defendat; nec quid medios interminat actus,
Quod non proposito conduceat, et haereat apte.
Ille bonis faveatque, et consilietur amice,
Et regat iratos, et amet peccare timentes;
Ille dapes laudet mensae brevis; ille salubrem
Iustitiam, legesque et apertis otia portis.
Ille tegat commissa, deosque precretur et oret,
Ut redeat miseris, abeat fortuna superbis.

III.

Tragoedia nostra *Izetlōdes* inscripta, in trilogya, cui nomen *Aycīs* erat, medium inter tragedias *Λιγυττοῦ* et *Δαναΐδες* tenebat locum. Satyricum drama *Ἀμυμόη* his adiunctum erat. De tragediae primae, *Λιγυττοῦ* inscriptae, argumento nihil certius afferri potest, quia fragmenta nulla apud antiquos scriptores inveniuntur; sed tamen satis appareat, Aeschylum Aegypti filios, nuptias postulantes, Danai autem filias eos recusantes et fugam parantes ostendisse. In fabula nostra, quae sola ex trilogya illa servata est, filiabus cum Danao patre in terram Argivorum delatis, orantibusque ut recipientur, civitatem et hospitium Argivorum rex ita tribuit, ut infamis et exul esset civium, qui illis auxilium praestare neglexisset. De tertia tragedia, quae *Δαναΐδες* sunt, hoc tantum ex fragmentis nonnullis affirmari potest, Aegypti filios a filiabus Danai petitos in matrimonium acceptos quidem, sed dolo interfectos fuisse. Solae igitur ex hac trilogya nobis Supplices servatae sunt, quas idecirco accuratius considerare iuvabit.

De consilio et tempore, quo scripta sit haec tragedia, e toto eius tenore colligi quaedam possunt. Verba regis Argivorum, se propter religionem deorum bellum cum Aegypti filiis suscipere, quam profugas prodere malle, ad similem casum illius temporis spectant. Nam quum Themistocles ab inimicis suis expulsus, ad regem Molossorum, Admetum, venisset, hic Themistoclem supplicem cum filia aut filio suo in sacrario invenisse dicitur. Itaque Themistocle mortuo, ubi eius laudes Athenis eximie celebratae sunt, Aeschylus illo dramate Themistocli civium favorem conciliavit, et cum Danaum cum filiabus ostenderet, benevolam Themistoclis misericordiam memoriam excitavit. Illa quoque, quae Aeschylus de laude Argivorum in Supplicibus narrat, ad tempus fabulae pertinere videntur: nam Argivi Themistoclem amicitia et honore

exornaverant, et Athenienses tunc temporis foedus cum Argivis inierant; Spartani enim iam dudum Atheniensibus inimici, necessitate tamen coacti, ab Atheniensibus auxilium in Messenios petiverunt; Athenienses miserunt auxilium, et a Spartanis iniuriose tractati, aliis se firmabant amicitiis: harum erat, quam cum Argivis inibant. cf. Thucyd. I, 102. Quae omnia, ut foedus ardentius coalesceret, ad Argivos laudandos Aeschylum movere poterant. Themistoclem post initam Ol. 79. obiisse constat; unde Olympiadis 79. anno tertio quartove fabulam Supplices doctam esse verisimile est; quamquam hoc pro certo affirmare in re tam dubia nemo facile poterit, tamen hic annus, quum re ipsa probari videtur tum etiam confirmatur eo, quod medius fere est inter diversas opiniones virorum doctorum, ex quibus Hauptius Aesch. Suppl. p. 108. Ol. 79, 1. Welkerus Aesch. Trilog. p. 401. Ol. 80. Langius de Aeschylo poeta Ol. 80, 1. alii denique Ol. 79, 3 vel 4. doctam esse fabulam statuerunt.

Argumentum tragœdiae. Aegypto, Beli filio, quinquaginta erant filii, totidemque eius fratri Danao filiae. Aegyptus suos filios Danai filias in matrimonium ducere cupiebat, quo tanquam impio et nefando consilio Danaides perterritae, patre Danao duce, Argos, profugiunt quo me-minerant, Ionem, auctorem generis, aliquando venisse. Locus fabulae haud procul a mari est, ubi Neptuni aram fuisse versus 174 et 642, Mercurii aram vers. 176, et haud procul lucum vers. 450 fuisse indicant. Diei tempus, quo filiae cum Danao patre appulsae erant, vespertinum putandum est. cf. V. 647. Ingrediuntur igitur hoc tempore hunc locum, supplicum ritu; Argivorum deos, maxime autem Iovem orant, ut sibi Argivorum animos concilient et a vi patrue-lium consequentium tueantur. Quibus precibus absolutis colloquitur a versu 176—235 pater Danaus cum filiabus, dum iam aras amplectentes non solum consolatur, sed etiam qua modestia, si interrogatae forent respondere deceat, edocet. Advenit vers. 235 rex Argivorum miratus, unde coetus hic, non graecus, vestibus barbaris venisset; tum a Supplicibus quis nam esset interrogatus, indigenae, inquit, Palaechthonis filius Pelasgi sum, rex huius terrae. Hae contra interroganti regi se a maioribus quidem Argivas esse respondent, sed in antiquam patriam propter servitutis metum ex Aegypto fugisse confitentur. Rex in fidem virgines recipere dubitat, sed precibus earum tandem victus, populum se consulturum pollicetur. Danaum ad Argivos mo-vendos ramos ad deorum aras portare iubet, et precibus motus, Danao satellites addit; filiae a patre monitae in proximum lucum concedunt, a diis prosperum eventum exoraturaे. Itaque in sequente chori cantico, a vers. 525—600. Ionis fata commemorant et Iovem ad opem sibi in Aegypti filios ferendam commovere student. A vers. 600 — 835 Danaus filiabus nuntiat, ut bono sint animo, quia decretis Argivorum in hanc terram receptae et ab omni vi tutae sint. Qua benevolentia chorus commotus in Argivos preces bene ominatas recitat et vota pro eorum salute concipit. Danaus tunc has preces prudentes laudans, naves ad littus appellantes se vi-dere nuntiat, filias diis confidere iubet, se autem ad auxiliatores et patronos vocandos iturum; filiae trepidant et alternis sermonibus terribili se timore affici dicunt. Sequenti in cantico pe-ricula chorus deplorat et Iovem, ut sibi hoc in discrimine adsit, rogat. Praeco filiorum Aegypti adveniens Vers. 835 Danaides sequi se iubet, sed rex Argivorum intercedens praeconi eas in suam populique Argivi tutelam receptas esse, denuntiat; praecco autem regi, ni eas traderet, bellum cum Aegypti filiis denuntians discedit. Rex Argivorum Danaides, patronum iis se fore confirmans, omni metu liberat. Extremis in versibus, a versu 980 usque ad finem, pater ex

urbe redux filias, ut verecundiam castitatemque servent, cohortatur, et filiae ita se futuras confirmantes, in hemichoria divisae, deos et imprimis Veneris numen celebrant et Iovis maxime auxilium ad bellum impendens expetunt, quibus animos instantis mali praesagientes significant. Quae praeter illas preces et receptionem Danaidum ab Argivorum rege impetratam addit chorus, non tam ad primarium nostrae fabulae argumentum pertinere, sed ad connectendam cum ea sequentem adiecta esse, non sine veritatis specie coniicere mihi videor. Nam bellum quod discedens praeco indicit, cuiusque pro felice eventu Danaides deorum opem implorant, ad connectendum trilogiae dramatis sequentis argumentum adiecta sunt. cf. V. 1050., 1063. etc. Sed ad huiusc partis singula, quantum tempus et libelli paginae permittunt speciminis causa transeam explicanda.

980—982. „Filiae Argivis, qui certissimi nobis conservatores sunt, vel divinos honores offerre nos convenit, quum illi haud dubie nostri sint conservatores.“ $\chiρέων$, substantivum indeclinabile derivatur ab ionica forma $\chiρέομαι$, cuius forma activa $\chiρέω$ quamvis nunquam reperiatur, eius tamen vestigia cernimus in verbo $\chiρήναι$; itaque necessitatem significat. Si adiungitur verbo Infinitivo, vocula $\varepsilon\sigmaτί$ plerumque a scenicis Atticorum poetis omittitur, ut hoc loco factum videmus. Neque vero omnino est necessarium, ut his et similibus in locis ellipsis verbi $\varepsilon\sigmaτί$ statuamus. Nam eodem iure vox $\varepsilonπέρχεται$ supplenda sit: unde hoc apparet, ipsa re et cogitatione hoc dicendi genus absolutum et plenum fieri, non autem certum quoddam verbum subaudiendum esse. Voces $\varepsilonύχεσθαι$, $\varthetaύειν$ et $\lambdaειβεῖν$ varias continent significaciones venerationis erga deos. $\varepsilonύχεσθαι$ $\varthetaεοῖς$ et $\varthetaεοῖς$ significat orare, implorare deos, etiam vota iis facere; sed $\varthetaύειν$ de sacris faciendis dicitur, scilicet animalium, fructuum etc. Verbi $\lambdaειβεῖν$ prima significatio est: *effundere*, et tum quidem usurpatum, si rei cuiusdam fluidae pars aliquantum effunditur. Qua de causa verbum est solenne de effundendo vino ad deos colendos, idemque significat, quod $\sigmaπέρδειν$; itaque in nostro loco ad $\lambdaειβεῖν$ vox $\sigmaπονδας$ refertur, nam $\varthetaύειν$ $\sigmaπονδας$ graece dici nequit; pro $\lambdaειβεῖν$ $\sigmaπονδας$ aequa bene dicere poterat poeta $\sigmaπέρδειν$ $\sigmaπονδας$; sed id pro huius loci tenore iusto fortius videtur. Vox $\deltaικορρόπως$ eleganter lecta, proprie dicitur de trutinae lanceibus sursum deorsum titubantibus ac non firme stantibus; tum adhibetur, si quid infirmum, anceps et dubium esse significamus; sed ea significatione si praeeditum est hoc vocabulum, propter audacem translationem solis poetis conceditur.

983—988. Exponit Danaus, cur Argivi sui et filiarum sospitatores habendi sint, et quidem hoc modo: „quae ego molitus sum contra patruëles meos, illi cum doloris significatione audierunt, mihiq[ue] satellites, corporis custodiam, tribuerunt.“ Sed iam singula videamus. Quum longum foret, omnes virorum doctorum conjecturas ad illos versus collatas enumerare partimque refutare, statim codicum scripturam et veterum editionum, tantum non omnium, afferamus, quam defendendam et explicandam, ac non emendendam vel potius corrumpendam existimo: *ταὶ μὲν προστέθεντα πρὸς τὸν ἔπειτα γίλον πικών τὴν οὐταιρεψίους*. Quomodo Danaus Aegypti filios *γίλον* appellare potuerit, quum illa Danai et filiarum fuga propter inimicitiam et odium contra Aegyptum eiusque filios institueretur, plerisque difficillimum est visum, ideoque hanc vocem corruptam arbitrabantur. At vero sana est, et Danaus per ironiam inimicissimos sibi *γίλον* appellat, et idem adiecto *ἔπειτα*, quid intelligi per illud *γίλον* vellet, satis indicavit. Vociis *ἔπειτα* prima significatio est *extensus*, ab ea descendit altera, quae est *vehemens*;

itaque *q̄lloi ἐπτερεῖς* sunt amici, qui libidinibus suis et cupiditatibus nimium quantum incitantur. Vocabulum *αὐταρεψιοὺς* per appositionem ad *q̄llouς* referri vel monere satis est. *πινδῶς ἡνουσαν*, h. e. ita audierunt, ut, quae ego narrarem, illis *πινδά* esse appareret, i. e. *cum doloris significacione*, non cum indignatione, ut Schuetzus explicat. *ἐμοῦ δὲ ὀπαδοὺς τούςδε*, aderant illi satellites in scena, et Danaus manibus illos commonstrabat filiabus suis. Editores scribunt pro *ἐμοῦ* modo *ἐμοὺς*, modo *ἐμοὶ*, sed frustra; nam sententia huius loci est: hosce statuerunt stipatores et satellites mei, sc. corporis mei. *τούςδε* est obiectum, ad quod *ὀπαδούς* *ἐμοῦ* καὶ δορυσσόν per appositionem referuntur. *δορυσσός* proprie significat *hastam quatiens*. Hesych. Verb. *Δορυσσόος*: *ἀνδρεῖον δόρυ δομάν*, *ἡ δόρατι φοβοῦται καὶ σοφοῦται*; indicat hac voce Danaus filiabus suis, non inermes sibi satellites esse datos, sed armis egregie instructos et ad tuendum paratissimos. *τίμιον γέρας*, „satellitum honoris insigne, munus insigne et honorificum“; apud Homerum sunt dona, quae exercitus principibus et ducibus e praeda ante sortitionem communem donabant, et voci *μῆτρα* opponitur. cf. Hom. Od. VII. 150. XI, 175. II. XX, 182. θαρὼν λάθοι μι, λαθάρω cum Participio iungi solet, tumque si Accusativus additus est, per latinum *clam* exprimitur, veluti *ἔλαθε με πούσας*, *clam me fecit*; si autem ad *λαθάρω* obiectum per attractionem supplendum est, latine plerumque redditur per *improvisus*, veluti *ἔλαθε πεσών*, *improvisus* cecidit. *ἄει-ζῶν* falso exhibent edd. Ald. Rob. et Schütz.; nam *ἄει* primam syllabam semper correptam, cf. Herm. praeſ. ad Soph. Aj. p. XIX, et Passow. in lex. s. v.: at nostro loco longa syllaba requiritur; tum vero poetae Attici forma Ionica *ἄει* usi sunt, si longa syllaba illis opus esset. Difficilior est quaestio, num legendum sit *ἄει ζῶν* an *ἄειζων*, h. e. *ἄειζων*, qua in re diiudicanda haud magni facienda est codicum auctoritas. Evidem *ἄειζων* praetulerim; *ἄχθος* enim *ἄειζων*, „piaculum semper vivum“, tale est, quod numquam nocere desinit: contra vero *ἄχθος* *ἄει ζῶν* vivere quidem, sed simul quiescere potest. Huc accedit, quod Sophocles *ἔλεος* *ἄειζων* dicit, cf. Lex. Bekkeri p. 357.: id est vulnus, quod semper cruciat et angit, sed *ἔλεος* *ἄει ζῶν* vulnus esset, quod numquam cessaret, etiamsi tale vulnus nullum dolorem afferret.

989—990. Corrupte legitur *τυγχάνοντας*; viri docti multas conjecturas procederunt, quas enumerare longum est: equidem cum Buttlero *τυγχάνοντες* legerim: nam licet in praecedentibus Danaus tantum de bonis, quae sibi contigerint, dixerit, ea tamen etiam ad filias suas pertinere arbitratur. Sententia horum versuum igitur haec est: „Quum tanta adepti simus, tutum vos servate animi vestri decus, quod maioris est pretii, quam ipse ego“. *εὐπρυμνή φρενὸς χάστην*, „tutum animi decus.“ *πρωμανή* est puppis, in qua gubernaculum est, quo ipsa navis regitur, id quum bene se habet, navis ipsa tuta est.

991—993. „Hoc quoque tollite memores, imperitum vulgus tempore edoceri“. *σωφροῖς ματα* sunt *τονθετήματα*, quae menti inscribere iubet filias, et *γνλάξαι-δελτομένα* cf. 179. *ὅμιλον* derivatur ab *ὅμοῦ*, *ἱλη*, significatque multitudinem et catervam; apud Homerum est praesertim coetus coenae spectaculique causa, et exercitus ipse; nostro loco spectat ad omnes incolas huius terrae, qui nondum edocti sunt de fatis Danai eiusque filiarum, propterea *ἄγνωθ'* adiicitur. *ἐλέγχεσθαι* est convinci ita, ut erroris commissi pudeat; Latinorum *arguere* fere idem significat. *χρόνῳ* „interecto tempore“; persaepe Dativus adverbialiter usurpatur, huius-

modi sunt: δημοσίᾳ publice, λόγῳ privatim, δρόμῳ, φόρῳ; etiam hi Dativi cum Articulo ponuntur. „ut imperitam plebem suo tempore convincere possitis“.

994—995. „In peregrinos facile mala fama oritur“. εὔτυχον recte edidit Porsonus e Spanhemii emendatione ad Callim. Hymn. in Minerv. V. 7. pro εὔτυχοι: „quisquis adversus inquinilum lingnam promptam fert malam“; εὔτυχος non quidem saepe invenitur et ponitur pro εὔτυχος perfectus, paratus, sed εὔτυχος, qui optatum adeptus est, felix, sensum malum praebet, nam felicem linguam vel optatam hoc loco dici non licet; praeterea vox εὔτυχος pro εὔτυχος praeter hunc locum nusquam fortasse reperitur, quum tamen εὔτυχος pro εὔτυχος etiam legatur apud Theocritum.

996—998. „Servate pudicitiam vestram multis periculis obnoxiam“. ἐπατρῷ significat fere idem, quod V. 179 αὐτῷ, adhortor. ζατατσχύνεται, h. e. dedecore afficere, cui alii et Aeschylus Accusativum iungere solent; cum easu secundo occurrit in Arist. Pac. 1299. ὁραν significat idem, quod ὀπώρα in versu sequente; in primis de aestate eaque adulta, in qua fruges fugaces solent maturescere, tum etiam de flore et maturitate dicitur. ἐπιστρεπτον βροτοῖς Scholiastae posterior explicatio verbi praestat priori. cf. Choeph. 337. in quem quisque convertitur; Od. I, 176. Agam. 404. Sept. Theb. 645. τέρεται ὀπώρα τέρεται legimus in Med. τέρεται δ' in Guelph. Ald. Inde rectissime Salvinius fecit τέρεται, et sequuti sunt editores multi. Pind. Isthm. II, 5. pulchritudinem nominat: Ἀρροθίτας μνάστειραν ὀπώραν. ὀπώρα est tempus dierum canicularium, ubi sol versatur in signo leonis, ut tradit Olympiod. ad Aristot. Meteori. I, p. 20. cf. Il. V, 5. XXII, 27.; eo tempore fructus colligebant, proptereaque τεθαλνία ὀπώρη in Od. XI, 192. significat fructus ipsos; hic ad maturitatem et pubertatem indicandam vox adhibetur.

999—1001. θῆρες: hic locus illi in S. de Ven. apud Stob. Floril. Tit. LXIII, p. 239. similis est: ἔνεστι δὲ εἰ κέρδος ἡσανελεῖ γονῇ νωμῇ δὲ ἐν οἰωνοῖς τοκετίης πλεοῖ, ἐνθηρσὶν ἐν βροτοῖσιν ἐν θεοῖς ἄνω. Si βροτοὶ et κνώδαλα in versu seq. respicimus, quaeritur quid tunc vox θῆρες significat? Iacobsius θεοὶ malit legere et cum Stanleio θῆρες ad Satyros, Semideos et Sylvanos referre. Pauwius censet, Aeschylum scripsisse θῆρες, vitia fatalia et ingenita; sed totus hic locus cum Porsono et Dindorfio legendus est; primum animalia et homines, tum autem animalia distinguuntur inter alata et terrestria, quod saepius invenitur. πεδοστιβῆ, „terra incendens“, idem, quod Choeph. 589. πιητὰ καὶ πεδοβάμενα, Pers. 125. πεδοστιβῆς λεός; conferenda sunt ἥλιοστιβῆς Prom. 791. πλανοστιβῆς Eum. 76. χθονοστιβῆς Soph. Oed. T. 301. ἀστιβῆς Aesch. Sept. Theb. 857.

1005. ἴμερον τικώμενος in Homero persaepe desiderium amoris significat; cf. Il. III, 146. XI, 89. XIV, 328. Apud Pindarum pro ἴμερος positum est. Soph. Aj. 331. Agam. 527. Soph. Antig. 810. Haec locutio etiam apud Virg. Georg. IV, 491. invenitur.

1009—1011 describuntur domicilia Danao filiabusque concessa. Welkerus in Aesch. Trilog. docet, Aeschylum fecisse Pelasgum tum temporis regem Argivorum. λαθρῶν ἀτεργετεύ sine mercede, sed non sine famulis, quia haec notio in verbo non inest. ἀτεργετεύ eadem significacione ponitur qua ἀτεργητη et ἀνεν and significat non solum sine sed etiam praeterquam et extra. cf. Il. I, 498. ἀτεργητη Ζηνός. XV, 292. Soph. Ant. 4. εὐπετηρή τάδε sc. εἰσοιν, percommoda haec sunt, cf. Agam. 561. τὰ μέν τις εὖ λέξεται εὐπετεῦς ἔχειν. Eurip. Phoeniss. 696. πάντα δὲ εὐπετηρή θεοῖς.

1014—1017. „Cetera a Diis utinam impetremus, meae castitatis causa securus sis pater“. Quum Danaus multa bona sibi filiabusque eventura ab Argivis enarrasset, tumque eas ad conservandam pudicitiam adhortatus esset, filiae respondent, cetera, quae tu dixisti utinam impetremus, castitatem vero ego utique servabo; itaque sibi opponuntur τάλλα et ὀπώρα, et plenius ita dici poterat: τάλλα, ἡ εἰρηνα. Scripturam τάλλα non τάλλα pro vera agnoscebant veteres Grammatici. Buttmannus in Gram. I, p. 116. affirmat, circumflexum in hac voce aequem ponendum esse, atque in τούπος et τούρος.

1019. „Laudibus celebrate deos urbiske incolas“. *Itē neque est Latinorum agite neque discedite*, sed forma saltationis simplicis, σχῆμα ὁρηστικόν eo indicatur: est igitur *procedite* celebrantes deos beatos urbis rectores. μάρ dorice positum est pro μῆν, et reddi potest latine per *sane*, *revera*, et invenitur praesertim apud Homerum, Pindarum et Tragicos. cf. Il. VIII, 373. XVI, 14. V, 765. VII, 459. Pind. Isthm. III, 15. Soph. Oed. Col 174. μάζαρας cum Stanleio legendum est pro μάζαρας. μάζαρας est cognomen deorum, ut in Homero μάζαρας θεοί persaepe invenimus. cf. Il. I, 339., etiam absolute μάζαρας ponitur, ut Od. X, 299.

1020. Χεῦμ' unice verum est; absurdum omnino est altera scriptura χοῦμα. χεῦμα significat id quod χεῖται, cf. 1029. Tria igitur celebrare chorus hortatur, primum deos, tum urbis Argorum incolas, denique eos quoque Argolidis incolas, qui circa urbem flumen Erasinum habitant, utpote cum Argivis coniunctos.

1023. Vix sensus idoneus ex hisce verbis elici potest; nam μέρος an dici possit pro cantici robur vehementer dubito. cf. Il. VI, 265. IX, 706. V, 306. VI, 502. VII, 457. Quamobrem cum aliis μέλος legendum existimo, facili sane emendatione, cum littera λ et ν saepissime commutentur propter similem in Alphabeto unciali figuram. Sensus est: vos, famulae, accipite cantum.

1025. προχοάς idem valet, quod στόμα. Apud Homerum semper in Numero plurali invenitur. cf. Il. XVII, 263. Od. V, 453. Id ex religione Aegyptiorum videtur sumptum; nam Nilus carminibus et summo cultu, quia exundans ubertatem affert, et sacer esse putabatur celebrabatur.

1031. Ἀρτεμις ἄγνα Diana casta; casta est cognomen Dearum et praesertim Dianae, ut quae inupta erat. στόλον non solum significat expeditionem bellicam, sed quocunque iter qualicunque causa susceptum „utinam casta Diana cum misericordia nostram profectionem respiciat“, Dianae proprium est tueri virgines ad servandam castitatem suam profugas. Κυθέρειος; Κυθέρεια est cognomen Veneris ab urbe Κύθηρα, in insula Creta sita, vel ab insula Κύθηρα derivatum. cf. Od. VIII, 288. XVIII, 193. γάμος Κυθέρειος est connubium Venere auctore initum.

1035. Θεσμός recte a Stanleyo contra aliorum coniecturas defenditur, atque pro νόμος μουσικός accipitur: neque Venerem cantus hic benevolus neglit. δύναται γάρ. δύνασθαι praeter communis structurae naturam cum Accusativo constrictur, ut nostro loco, idque non tantum subauditio verbo ποιεῖν, ut Ζεὺς δύναται πάντα, sed etiam plane more verborum activorum. cf. Thucyd. I, 141.: τὴν γὰρ αὐτὴν δύναται δοντάσσω, eandem enim servitatem potest, i. e. ad eandem servitatem valet. Iovis proximam sedem eos deos deasque tenere dicunt poetae, quorum potentiam maxime praedicare volunt. Minerva autem Iovis dextrae assidere dici solet. cf. Eum. 229. Similiter Call. in Apoll. 29. loquitur: δύναται γὰρ ἐπεὶ Αἴδη δεξιὸς ἥσται. ἄγχιστα: Apud Homerum tantum genus neutrum invenitur et saepe ἄγχιστα adverbialiter positum est. cf.

Il. XX, 18. Quaeritur autem, an nostro loco adverbialiter sumendum sit; haud dubie est adiectivum neutrum quarto casu positum, qui refertur ad δύναται; ad hoc enim verbum obiectum utique requiritur. αἰολόμητις. Venerem certum est Aeschylo vim rerum productivam esse, quae secundum Lucretium I, 22.: — rerum naturam sola gubernat, nec sine qua quicquam dias in luminis auras exoritur. — ἐργα σεμνά sunt opera veneratione digna, quae quidem Venus pro ingenti sua potentia efficere poterat. „Colitur propter opera sua veneranda“.

1039—1042. Horum quatuor versuum scriptura valde variat. δὲ φίλαι habent Ask. edd. Heath., et Schutzii. οἱ αἱ φίλαι Pors. Sed φίλαι μετρῷ praefерendum est πάρεστιν habent Guelp., Ald., Rob., Pors. et significat auxilio adesse. cf. Il. XVIII, 472. Od. XIII, 399. Πόθος, οὐδὲν recte correxit Wellauerus; hanc vocem plane tuetur Arist. Pac. 455. Χάριστη Θρασυλλοῦ Αφροδίτη Πόθῳ. Av. 1320. Πόθος — Χάριτες. Πόθος hic appellatur Veneris filius sicut Proclo teste ad Hes. ἐργ. 73. Σωτῆρος φησι τὴν Πειθῶ Αφροδίτης θυγατέρα. Φέλπτοι verbo πειθῶ optime accommodat pro πράκτοι, et dictum est ut τύχῃ σωτήρ in Agam. 647. Veneri tres comites tribuuntur in hoc cantico: Πόθος, Πειθῶ, Αγορία; minime autem ex antecedentibus cum Abreschio trahendae sunt Iuno et Diana. Sensus est: Matrem suam comitantur Desiderium, et Suada, cui nihil insuperabile est. Vulgaris constructio haec esset: πόθος πειθώ τε, οὐδὲν ἄπαγον τελέθει. Tertia Venēris comes Harmonia est, cui δέδοται ψεδνός μοῖρα Αφροδίτης, h. e. cui munus blandum in amore tributum est; nam Suada et Desiderium violenter hominum animos occupant, Harmonia autem lente et molliter iis sese insinuare solet. Num melius scribatur ψεδνός an ψεθνός an ψιθνός, de eo dubitari potest, sed eam vocem in Numero Singulari ponendam et cum μοῖρᾳ esse coniungendam, certum est. Nam et vocabulum μοῖρα, si spectes ornatū poeticū, epitheto carere vix potest, et μοῖρα Αφροδίτης per se nullum sensum aut certe frigidum præbet.

1052. ὁ μέγας Ζεύς. Positivus vi sua Superlativum aequiparatur. Sie 671. Ζῆντα μέγαν.
880. ὁ μέγας Νεῖλος. Sept. Theb. 821. ὁ μεγάλε Ζεῦ. ibid. 5. Persae reges suos nominarunt μεγάλους βασιλεῖς.

1055. Φέλγοις ἀν ἀθέλκτον: „quid autem si flectere velis inflexibilem“. Alii habent Φέλοις ἀν ἀθέλητον, quod minus placet. Praecedit in versu 1047. ὅτι τὸ μόρσιμόν ἔστιν, unde Φέλγοις ἀν ἀθέλκον sc. Άλα egregie dictum est.

1057. Hic locus similis est Virg. Aen. X, 501. „nescia mens hominum fati sortisque futurae“. οὐ δέ γε, „tu vero saltem“; pronomen et per particulam adversativam δὲ et intensivam γέ magnam vim accipit.

1058. Quum una ex Danaidibus alteri dixisset, eam nescire futura, haec respondet: „Quid cuperem mentem divinam perspicere, adspectum infinitum“. ζαθορᾶν, de altō loco in depresso videre, apposite ad rem lectum est, quum mens divina hic tanquam profunditas infinita cogitat, in quam deorsum oculos mittimus. ἀβυσσος de eo dicitur, quod fundo caret, adeoque depresso est, ut eius fundus hominum oculis non appareat. Quum βυσσός sive βυθός sit profunditas, in voce ἀβυσσος Lit. α vim habere intendendi ac non privandi, idcirco nequaquam contendi potest.

1063. Interpretum alii in voce ἀποστεροῖη offenderunt, alii ἡμᾶς supplendum putaverunt. Eodem iure supplere aliquis possit Aegypti filios. At vero nihil prorsus supplendum est. Ver-

bum enim ἀποστέρειν propter Praepositionem ἀπό motus habet significationem et Latine conver-
tendum est: *auferre, abripere, averttere*; sensus est igitur: „Utinam Iuppiter connubium cum
viris hostilibus et odiosis avertat“.

1070. Apro Stanleyus similem Ciceronis locum attulit in Off. III, 1. „Sed quia sic ab hominibus doctis accepimus, non solum ex malis eligere minima oportere, sed etiam excerpere ex his ipsis, si quid inesset boni“.

1072—1074. Locus huic persimilis legitur in Eurip. Suppl. 614. Mirum videtur interpretes dubitare potuisse, utrum πάρα praepositio sit retracto accentu, an verbum πάρεστι: Si esset praepositio, verba δίκαια δίκαια ἐπεσθαι ad praecedens αἰτῶ referenda essent; at vero tum dicendum esset δίκαιοι δίκαιοι; si πάρα esset praepositio, vox μηχανᾶς cum θεοῦ coniungenda non esset, sed cum praecedentibus εὐχαῖς; tum vero particula coniunctiva τέ sc. καὶ desideratur, πάρα igitur nihil nisi verbum πάρεστι esse potest. Hoc loco Aeschylus ad sequens drama, quo Aegypti filii pro scelere suo omnes trucidabantur, respexisse videtur.